

58 : 1 IN FĪNEM NĒ DISPERDĀS DĀVĪD IN TITULĪ ĪNSCRĪPTIŌNEM
QUANDO MĪSIT SAUL ET CŪSTODĪVIT DOMUM EJUS UT
EUM INTERFICERET:

Unto the end, destroy not, for David for an inscription of a title, when Saul sent and watched his house to kill him.

58 : 2 Ēripe mē dē inimīcīs meīs, Deus meus, et ab īnsurgentibus in
mē liberā mē.

Deliver me from my enemies, O my God, and from them that rise up against me free me.

58 : 3 Ēripe mē dē operantibus inīquitātem, et dē virīs sanguinum
salvā mē.

Deliver me from them that work iniquity, and save me from bloody men.

58 : 4 Quia ecce cēpērunt animam meam; irruērunt in mē fortēs.

For behold they have caught my soul; the mighty have rushed in upon me.

58 : 5 Neque inīquitās mea, neque peccātum meum, Domine; sine
inīquitāte cucurrī, et dīrēxī.

Neither is it my iniquity, nor my sin, O Lord; without iniquity have I run, and have I directed.

58 : 6 Exsurge in occursum meum, et vidē. Et tū, Domine, Deus
virtūtum, Deus Israhēl, intende ad vīsītandās omnēs gentēs;
nōn misereāris omnibus quī operantur inīquitātem.

Rise up thou to meet me, and behold. And thou, O Lord, the God of hosts, the God of Israel, attend to visit all the nations; have no mercy on all them that work iniquity.

58 : 7 Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canēs, et
circuībunt cīvītātem.

They shall return at evening, and shall suffer hunger as dogs, and shall go round about the city.

58 : 8 Ecce loquentur in ōre suō, et gladius in labiīs eōrum; quoniam
quis audīvit?

Behold they shall speak with their mouth, and a sword is in their lips; for who has heard?

58 : 9 Et tū, Domine, dērīdēbis eōs; ad nihilum dēdūcēs omnēs
gentēs.

But thou, O Lord, shalt laugh at them; thou shalt bring all the nations to nothing.

58 : 10 Fortitūdinem meam ad tē cūstōdiam, quia Deus susceptor
meus es.

I will keep my strength to thee, for thou art my protector

58 : 11 Deus meus, misericordia ejus praeveniet mē.

My God, his mercy shall prevent me.

58 : 12 Deus ostendet mihi super inimīcōs meōs; nē occīdās eōs,
nēquandō oblīvīscantur populī meī. Disperge illōs in virtūte
tuā, et dēpōne eōs, prōtēctor meus, Domine,

God shall let me see over my enemies: slay them not, lest at any time my people forget. Scatter them by thy power, and bring them down, my protector, O Lord,

58 : 13 dēlictum ōris eōrum, sermōnem labiōrum ipsōrum, et
comprehendantur in superbiā suā. Et dē exsecrātiōne et
mendāciō adnūntiābuntur,

a sin of their mouth, a word of their lips, and let them be taken in their pride. And for their cursing and lying they shall be talked of,

58 : 14 in cōsummātiōne, in irā cōsummātiōnis, et nōn erunt. Et
scient quia Deus dominābitur Iācōb, et fīnium terrae.

when they are consumed, when they are consumed by thy wrath, and they shall be no more. And they shall know that God will rule Jacob, and all the ends of the earth.

58 : 15 Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canēs, et
circuībunt cīvitātem.

They shall return at evening, and shall suffer hunger as dogs, and shall go round about the city.

58 : 16 Ipsī dispergentur ad mandūcandum, sī vērō nōn fuerint
saturātī, et murmurābunt.

They shall be scattered abroad to eat, if truly they shall not be filled, and shall murmur.

58 : 17 Ego autem cantābō fortitūdinem tuam, et exsultābō māne
misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, et
refugium meum, in diē trībulātiōnis meae.

But I will sing thy strength, and will extol thy mercy in the morning. For thou art become my support, and my refuge, in the day of my trouble.

58 : 18 Adjūtor meus, tibī psallam, quia Deus susceptor meus es; Deus
meus, misericordia mea.

O my helper, will unto thee will I sing, for thou art God my defence; my God, my mercy.